



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,  
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

**Kiene, Johann Georg**

**Constantiae, 1629**

4. Percussio parentum, præceptoris, Domini moderata.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**

pulsantes inter Iudendum sine vl.  
la iniuria verberibus Clericum,  
aut ex subita cholera antequam  
sufficienter aduertant, quid faci-  
ant Præterea Clerici Nouitii, pue-  
ri rixates & mutuò percutientes,  
ad sanguinis etiam effusionem  
possunt ab excommunicatione  
purgari, & castigatione non abso-  
lutione indigent: deinde nescien-  
tes quem percutiunt Clericum es-  
se. v.g quod noctu sine habitu cle-  
ricali in rixam incognitus descen-  
derit Ex. Cap 2 Contingit Cap. In au-  
dientia Cap Perpendimus. & Cap Cum  
non ab homine de sententia excommu-  
nicationis. & Cap Unicum in 6. de vi-  
ta & hon. Cler & Cap unicum de Cle-  
ricis coniugatis

I V. Excipe Præceptores, pa-  
rentes dominos aut aliò qui pro-  
pinquos, Seniores, Clericos, Offi-  
ciales, qui licite & moderatè cor-  
rectionis caufâ, ex zelo deuotio-  
nis

nis v. g. Nouitios, Clericos in minoribus constitutos, diuinum officium perturbantes leviter persecutiunt.

V. Iudices, ministros iusticiæ sæcularis capientes Clericum in flagranti delicto comprehensum, aut de quo est iusta præsumptio, quod commissurus sit crimen, ut præsentetur tempestiuè suo Superiori, caueret tamen debent sedulò, nè Clerico maiorem vim quam delicti ratio postulet, inferant, aut indignius tractent, nec diutius potest detineri Clericus, postquam fideiussorem præstítit de compatriendo apud suum Prælatum, nisi enormitas criminis id nō permittat. Cap. Vniuersitatis & Cap. cum voluntate, in quo iubetur Prælatus Religiosus suos subditos per se verberare, si possit, aut si nequeat per Clericū aut Monachum conuersum, nullatenus per laicum

D

(nisi